



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Quòd hæretici obijciunt, nos non acceptare verbum Dei. tit. 182

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

regationibus Recte igitur Latomus contra Buccinum, Multorum, inquit, sententiæ plus tribuo quàm unius, pacatis plus quàm turbulentis, Ecclesiæ vniuersæ vel maiori eius patri plus, quàm mihi ipsi quàm tibi quàm omnibus qui hodie in contentione versantur & cæter.

QVOD HAERETICI OBII-

*ciunt, nos non acceptare
verbum Dei.*

TITVLVS CLXXXII.

RIA sunt notanda, Primò, in quibus capitibus & punctis consistit verbum Dei verum & Catholicum. Secundò, quæ loca aut puncta arbitrentur esse Euangeliũ & verbum Dei sectarij. Tertiò, cui verbo debemus obedire ex præcepto superiorum & Ecclesiæ Catholicæ.

Primò, verum Dei verbũ, quod nobis cõfert salutẽ, quodque omnes Christiani acceptare tenentur, consistit in articulis fidei, i. quòd pater me creauit, filius redemit, & spiritus sanctus sanctificauit, credere subindẽ, credere sacramenta, per quæ vt media Deus operatur, varia dona gratiarum propter Christũ promissa, & per quæ ego apprehendo beneficia Christi, & per illa vnior corpori Christi mystico & Ecclesiæ in dilectione Sic in vnum corpus baptizamur, 1. Cor. 12. Omnes per Eucharistiam vnus panis efficiamur, pœnitentia reconciliamur, 1. Cor. 10. & sic de alijs.

Postremò seruare Dei præcepta, quæ docent dilectionem Dei & proximi & hæc præcepta Dei, omnia bona opera, quæ facere debeo, & quæ mala omittere, comprehendunt, orationem, ieiunium, elemosynam,

E E c 3 nam,

nam, dilectionem, timorem, spem, &c. In his partibus consistit verum Dei verbum, & qui hæc non recipit, aut etiam confitetur, ille non saluabitur, Ion. 3. Qui credit in filium, id est, quod sit mortuus pro peccatis nostris, & resurrexit, &c. Rom 4. & quod sit ipse solus causa effectiua salutis &c. 1. Ioan. 2. habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

Secundò, est aliud priuatim confectū verbum, quod ex odio aduersus ecclesiam catholicam pro vero Dei verbo recipitur, cui passim adhæretur & applauditur, iuraturq; in illud: & qui hoc non acceptat, etiam si omnes articulos fidei, sacramenta, præcepta credit & tenet, &c. tamen culpatur & damnatur, tanquam non acceptet verbum Dei. sed quæ sunt illius verbi partes aut themata? Respon. Primum est, non obedire Pape, nec verbis Ecclesiæ in suis præceptis, ieiunio, cibis, cæremonijs. Secundum, rejicere maiorem partem sacramentorum, confirmationē, ordinem, matrimonium, vntionem. vnde omnes volunt esse sacerdotes, & liberè prædicare, Purgatorium, & Missam, & suffragia sanctorum nihil esse, Religiosos esse sancti- næ ministros, sacramentū Eucharistiæ esse signū, baptisum paruulorum nihil esse, confitevi peccata non debere, &c. Hæc sunt sectariorum puncta, & Euangelium ac verbū, sicut iam dudum hæretici cōdemnati ab ecclesia, vt Valdo, Hufs, Vuigleff, Pauperes de Lugduno docuerūt. Hoc istorum verbum, nunc est verbum Dei, quod inculcatur hominibus. Hoc confitentur, qui dicunt, Adhæreo verbo Dei, id est, obseruato reiectos errores pro vero verbo Dei. At de fide, charitate, obseruantia præceptorum Dei, sacramentis nihil curant &c. Hæc est eorum querela communis, quoniam non acceptamus errores condemnatos ab Ecclesia, pro verbo Dei: nolumus discedere à fide catholice Ecclesiæ & vnitatis, &c.

Tertio,

Tertio, obedire igitur verbo Dei Catholico & approbaro, oēs praelati Ecclesiæ, & tota Ecclesia, atque Christus præcipit Matth 18. Nā Ecclesia non agnoscit pro verbo Dei errores condēnatos, cui Christus dedit potestatem ligandi & soluendi, Mat 18. Ioan 20. sed quid est ligare & soluere? est nedum peccata dimittere, sed est & obligare ad obedientiam in traditionibus, serijs, ieiunijs, &c seruandis. Sic solui mur à Iudaicis legibus & cæremonijs, & quoniam Deus hæc approbat hic, etiam soluta aut ligata debent esse in cælis. Ideo videant contemptores, falsi glossatores, &c. t. Thess. 4. Scitis quæ præcepta dederim vobis, &c. Ita que qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deū, qui etiam dedit &c.

DE VNITATE ECCLESIAE.

TITVLVS CLXXXIII.

RIA sunt notanda. Primò, quòd sola vna est Ecclesia Catholica. Secundò, Cur Deus sic vult solam vnā habere Ecclesiam, inter tam multos homines super terram. Tertio, Quis fructus & utilitas existentibus in vnitae Ecclesiæ.

De primo dicit Apost. Ephe. 4. Solliciti seruire vnitatem spiritus in vinculo pacis, quoniam vnus spiritus &c. Ioan. 10. Erit vnum ouile & vnus pastor. August. Epistola 170. Nulli hominum ignorare licet, sed oēs hæc scire oportet ad salutem. Primò, quòd sit sola vna Ecclesia Catholica. Qui enim ignoscat hoc, vel credere non vult, hic errat in articulo fidei, Credo vnā Ecclesiam Catholicam, id est, generalem. Hic errant omnes sectarij in hoc articulo fidei. Secundo, oportet scire, quòd hæc Ecclesia est sparsa per totum orbem, Psalmo 112. A Solis ortu vsque ad occasum, Matth. & Marc. vltim. Euntes in mundum vniuersum, &c. Ideo specialis secta non est Catho-

E E c 4 lica.